

Perceptions of Pagan and Christian: From Patrick to Gregory the Great

T. M. Charles-Edwards

(Text in italics is quoted, usually from the Bible)

1. *Confessio*, 51: Magis ego *impendi pro* uobis ut me caperent et inter uos et ubique pergebam causa uestra in multis periculis etiam usque ad exterar partes, ubi nemo ultra erat et ubi numquam aliquis peruenerat qui baptizaret aut clericos ordinaret aut populum consummaret.

*Confessio*, 34: [Deus] qui me audierit ut ego inscius et *in nouissimis diebus* hoc opus tam pium et tam mirificum auderem adgrederem, ita ut imitarem quippiam illos quos ante Dominus iam olim praedixerat praenuntiuros euangelium suum *in testimonium omnibus gentibus ante finem mundi*, quod ita ergo uidimus itaque suppletum est: ecce testes sumus quia euangelium praedicatum est usque ubi nemo ultra est. Cf. *Epistola*, 5.

2. *Confessio*, 18: . . . et coeperunt mihi dicere: ‘Veni, quia ex fide recipimus te; fac nobiscum amicitiam quo modo uolueris’ — et in illa die itaque reppuli sugere mammellas eorum propter timorem Dei, sed uerumtamen ab illis speraui uenire in fidem Iesu Christi, **quia gentes erant** — et ob hoc obtinui cum illis et protinus nauigauimus. (Cf. OIr. *geinti < gente/i(s)*)

3. *Epistola*, 10: Numquid sine Deo uel *secundum carnem* Hiberione ueni? Quis me compulit? *Alligatus* sum *Spiritu* ut non uideam aliquem de cognatione mea. Numquid a me piam misericordiam quod ago erga gentem illam qui me aliquando ceperunt et deuastauerunt seruos et ancillas domus patris mei? Ingenuus fui *secundum carnem*; decorione patre nascor. Vendidi enim nobilitatem meam — non erubescam neque me paenitet — pro utilitate aliorum; denique seruus sum in Christo **genti exterar** ob gloriam ineffabilem *perennis uitae quae est in Christo Iesu Domino nostro*.

4. *Epistola*, 14: Consuetudo Romanorum Gallorum Christianorum: mittunt uiros sanctos idoneos ad Francos et ceteras **gentes** cum tot milia solidorum ad redimendos captiuos baptizatos. Tu potius interficis et uendis illos **genti exterar ignorantem Deum**; quasi in lupanar tradis *membra Christi*. Qualem spem habes in Deum, uel qui te consentit aut qui te communicat uerbis adulationis? Deus iudicabit.

5. *Epistola*, 1: **Inter barbaras itaque gentes** habito proselitus et profuga ob amorem Dei: testis est ille si ita est. Non quod optabam tam dure et tam aspere aliquid ex ore meo effundere; sed cogor *zelo Dei*, et ueritas Christi excitauit, **pro dilectione proximorum atque filiorum**, pro quibus **tradidi patriam et parentes** et *animam meam usque ad mortem*. (*Patria et parentes*: *Conf.* 36, 43; *Ep.* 1; *proximus* only in *Ep.*, 1, 9, 16)

6. *Legatione fungor* (Ephesians 6: 20, mysterium Euangelii, pro quo legatione fungor in

catena): *Conf. 56, Ep. 5*. Cf. *Conf. 46*: quia multi hanc legationem prohibebant, etiam inter se ipsos pos[t] tergum meum narrabant et dicebant: ‘Iste quare se mittit in periculo **inter hostes qui Deum non nouerunt?**’

7 (a). *Epistola, 16*: Idcirco cum tristitia et maerore uociferabo: O speciosissimi atque amantissimi fratres et filii *quos in Christo genui* enumerare nequeo, quid faciam uobis? Non sum dignus Deo neque hominibus subuenire. *Praeualuit iniquitas iniquorum super nos*. Quasi *extranei facti sumus*. Forte non credunt *unum baptismum* percepimus uel *unum Deum patrem* habemus. Indignum est illis Hiberionaci sumus. Sicut ait: *Nonne unum Deum habetis? Quid dereliquistis unusquisque proximum suum?* (Cf. *Conf. 23*: ‘Vox Hiberionacum’.)

Malachi, 2: 10 (Cyprian): nonne Deus unus condidit nos? nonne pater unus est omnium nostrum? quid utique dereliquistis unusquisque fratrem suum; (Vulg.): Numquid non pater unus omnium nostrum? Numquid non Deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum?

(b) *Epistola, 11*: Forte non sumus *ex uno ouili* neque *unum Deum patrem* habemus.

John, 10: 16: Et alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere, et uocem meam audient, et fiet unum ouile et unus pastor.

8. *Epistola, 2*: Manu mea scripsi atque condidi uerba ista danda et tradenda, militibus mittenda Corotici, non dico ciuibus meis neque ciuibus sanctorum Romanorum sed ciuibus daemoniorum, ob mala opera ipsorum. (Cf. 4 above.)

9. Gregory of Tours, *Hist. iv. 49*: Sigebertus rex gentes illas quae ultra Renum habentur commouit, et bellum ciuili ordiens, contra fratrem suum Chilpericum ire distinat.

10. *Vita S. Arnulfi*, c. 11 (MGH SRM ii. 436) (Arnulf of Metz ancestor of the Arnulfings > Carolingians)

Temporibus denique Dagoberti regis cum in palacio esset, eidem quidam lebrosus clamare coepit, uictum seu etiam uestimentum deposcens. At ille statim iussit eum in ospicium duci. Cumque erga illum secundum mos suum solitam impenderet pietatem, sciscitare uoluit, quia barbarus erat, si sacra unda babtismatis ablutus fuisset. Repente ille: ‘Nequaquam,’ ait, ‘domine mi, nam infelix ego abiectus a populo, et quis mihi gratiam babtismi tribuit?’

11. Gildas, *De Excidio Britanniae*:

(a) *gentes* as heathens: Non sibi scelerati isti, dum non gentium diis perspicue litant, subplaudant, siquidem conculcantes porcorum more pretiosissimas Christi margaritas idolatriae. ‘These wicked men should not be proud of themselves for abstaining from conspicuous sacrifice to the gods of the heathens: for they are idolators when, like pigs, they trample underfoot the most costly pearls of Christ.’ (38. 5, trans. Winterbottom)

Licet hoc (sc. Romans 1: 21–2) gentibus dici uideatur, intuemini tamen quia competenter

istius aevi sacerdotibus cum populis coaptabitur. (97. 1)

(b) *gentes* as foreigners who have come from the north across the sea to attack the Britons: *gentes transmarinae* (14), *exterae gentes* (17), *aquilonares gentes*.

(c) British or Roman *gens*: *Romana gens* (25. 3), in *ista gente* (the Britons) as in: *Ex eo tempore nunc ciues, nunc hostes, uincebant, ut in ista gente experiretur dominus solito more praesentem Israellem, utrum diligat an non* (26. 1, cf. 15. 3; 20. 3).

(d) A possible scriptural parallel (1 Peter 2: 9): *Et iterum uos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis . . .*

(e) *barbari* versus *ciues*: . . . *clarissimos lampades sanctorum martyrum nobis accendit, quorum nunc corporum sepulturae et passionum loca, si non lugubri diuortio barbarorum quam plurima ob scelera nostra ciuibus adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem diuinae caritatis incuterent . . .* (10)

(f) *plebs* versus *gentes*: . . . *aduersariorum plebi dei innumera prosterneret gentium milia . . .* (70. 2; Judges, 11: 29ff.)

12. *Synodus I S. Patricii*, 12–13 (Bieler, 56): 12. *Quicumque Christianus excommunicatus (sic) fuerit, nec eius elimosina recipiatur.* 13. *Elimosinam a gentibus offerendam in ecclesiam recipi non licet.*

13. *Sinodus Luci Victorie*, 4 (ed. Bieler, *The Irish Penitentials*, 68): *Qui praebent ducatum barbaris, .xiii. annis, tamen si non acciderit stragis Christianorum et sanguinis effusio et dira captiuitas. Si autem euenerit, agant residuo uitae penitentiam reiectis armis.*

14. Gregory the Great, *Reg.* vi. 49 (to Theuderic and Theudebert): *Postquam Deus omnipotens regnum uestrum fidei rectitudine decorauit et integritate christianae religionis **inter gentes alias** fecit esse conspicuum, magnam de uobis materiam praesumendi concepimus, quod subiectos uestros ad eam conuerti fidem per omnia cupiatis, in qua nempe estis reges et domini.*

15. xi. 37 = Bede, *HE* i. 32, to Æthelberht: *Et ideo, gloriose fili, eam quam accepisti diuinitus gratiam, sollicita mente custodi; Christianam fidem **in populis tibi subditis** extendere festina.*

16. xiii. 7 to Brunhild: *prae aliis gentibus Francorum gentem asserimus felicem.*

17. viii. 4, to Brunhild (Sept. 597)

*Hoc quoque pariter hortamur, ut et ceteros subiectos uestros sub disciplinae debeatis moderatione restringere, ut idolis non immolent, cultores arborum non existant, de animalibus capitibus sacrificia sacrilega non exhibeant, quia peruenit ad nos, quod multi Christianorum et ad ecclesias occurrant et, quod dici nefas est, a culturis daemoniorum non abscedant. Quoniam uero omnino Deo nostro haec displicent et diuisas mentes non possidet, prouidete, ut ab his debeant inlicitis salubriter coerceri, ne, quod absit, non eis ad ereptionem, sed ad*

poenam sacri fiat baptismatis sacramentum. Si quos igitur uiolentos, si quos adulteros, si quos fures, uel aliis prauis actibus studere cognoscitis, Deum de eorum correctione placare festinate, ut per uos flagellum perfidarum gentium, quod, quantum uidemus, ad multarum nationum uindictam excitatum est, non inducat, ne, si, quod non credimus, diuinae ultionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota, belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis uiam Dei praecepta non reuocant.